ꝙ ꝗtulatur d eorū liberalitate. ponitur ꝙ ſalutatio e orundem. que mecum laborauerūt in euangelio cū cle
mente ⁊ ceteris adiutoribus meis¶ quorum
nomina ſunt in libro vite. Gaudete in domi-
no ſemꝑ. iterū dico gaudete.. Modeſtia ve
Eccs.24. ſtra nota ſit omnib⁹ hominib⁹. Domin⁹ eñ
Baruch .4. B ꝓpe eſt¶ Nihil ſolliciti ſitis. ſ; in omni orati-
Mat.5.g. one ⁊ obſecratione cum gratiarūactione pe-
titiones veſtre innoteſcant apud deum. Et
pax dei q̄ exuperat omnez ſenſum: cuſtodiat
corda veſtra ⁊ intelligentias veſtras in chri
ſto ieſu. Decetero fratres q̄cunq; ſunt vera
q̄cunq; pudica. quecūq; iuſta. quecūq; ſan-
cta. quecūq; amabilia. quecūq; bone fame.
ſi qua ꝟtus. ſi qua laus diſcipline. hec cogi-
tate. q̄ et didiciſtis ⁊ accepiſtis et audiſtis ⁊
vidiſtis in me. Hec agite et deus pacis erit
vobiſcuz. Gauiſus ſum autem in dño vehe-
mēter: qm̄ tandez aliquādo refloruiſtis pro
me ſentire ſicut ⁊ ſentiebatis. Occupati aūt
C eratis. Non quaſi ꝓpter penuriā dico. Ego
eñ didici in quibus ſum ſufficiens. Scio et
humiliari: ſcio ⁊ abundare. Vbiq; ⁊ in om/
nibus inſtitutus ſum. ⁊ ſatiari: et eſurire. et
abundare ⁊ penuriaz pati. Omnia poſſum:
in eo qui me cōfortat. Verūtamen bene feci
ſtis: cōmunicātes tribulationi mee. Scitis
autē ⁊ vos philippenſes ꝙ in ꝑ̄ncipio euan/
gelij quādo ꝓfectus ſum a macedonia nulla
mihi eccleſia cōmunicauit in ratione dati et
accepti. niſi vos ſoli. q₂ ⁊ teſſalonicaz ſemel
⁊ bis in vſum mihi miſiſtis. Non q₂ quero
datū. ſ; requiro fructū abundantē in ratione
veſtra. Habeo aūt omnia: ⁊ abūdo. Reple/
tus ſum accepti ab epaphrodito. q̄ miſiſtis
Rho.12.a. in odorem ſuauitatis¶ hoſtiam acceptā pla/
D centem deo. Deus aūt meus impleat omne
deſiderium veſtrū ſ̄m diuitias ſuas in gl'ia i
chriſto ieſu. Deo autem ⁊ patri noſtro glo/
ria in ſecula ſeculoꝝ amen. Salutate omnez
ſanctum in chriſto ieſu. Salutant vos q̄ me
cū ſunt frēs. Salutāt vos omnes ſancti: ma
xime autez qui de ceſaris domo ſūt. Gratia
dñi noſtri ieſu chriſti cum ſpū veſtro. Amē.

Explicit ep'la Pauli ad Philippēſes. Inci/
pit argumentū in ep'lam ad coloſſenſes.

Coloſſenſes. et hi ſicut laodicen-
ſes ſunt aſiani. ⁊ ipſi ꝑūeti erant
a pſeudo apoſtolis. Nec ad hos
acceſſit ip̄e ap'ls. ſed ⁊ hos ꝑ epi
ſtolam corrigit. Audierant eniz verbum ab
archippo. q̄ ⁊ miſteriū in eos accepit. Ergo
ap'lus iaz ligatus ſcribit eis ab epheſo ꝑ ty-
chicum diaconem ⁊ oneſimū acolythum.

Explicit argumentum. Incipit epiſtola.
Pauli ad Coloſſenſes. Caplm. I

Paulus apo A Ap'lus capta beniuolentia coloſſenium: autoritatē euāgelij induc̄ illi firmiter eſſe credēdum.
ſtolus ieſu chriſti ꝑ volunta
tem dei et timotheus frater
his qui ſunt coloſſis ſanctis
et fidelib⁹ fratribus in chri/
ſto ieſu. Gratia vobis et pax a deo p̄re no/
ſtro. Gratias agimus deo ⁊ patri dñi noſtri
ieſu chriſti ſemꝑ ꝓ vobis orantes: audiētes
fidez veſtrā in chriſto ieſu ⁊ dilectionē. quaz
habetis in ſanctos omnes ꝓpter ſpem q̄ re/
poſita ē vobis in celis: quā audiſtis in ꝟbo
ꝟitatis euangelij qδ ꝑuenit ad vos ſicut ⁊ i
vniuerſo mundo eſt. ⁊ fructificat ⁊ creſcit ſi/
cut in vobis ex ea die qua audiſtis ⁊ cogno
uiſtis gratiā dei in ꝟitate: ſicut didiciſtis ab
epaphra chariſſimo cōſeruo noſtro qui eſt fi
delis ꝓ vobis miniſter chriſti ieſu. Qui etiā B
manifeſtauit nobis dilectionē vr̄am in ſpū.
Ideo ⁊ nos ex qua die audiuimus. nō ceſſa
mus ꝓ vobis orātes et poſtulātes vt imple
amini agnitione volūtatis eius i omni ſapi-
entia et intellectu ſpiritali: vt ambuletis di/
gne deo ꝑ oīa placētes i omni ope bono fru-
ctificātes ⁊ creſcētes in ſciētia dei: i omni vir
tute cōfortati ſ̄m potentiā claritatis eius. in
oī patiētia et lōganimitate cū gaudio grati/
as agētes deo ⁊ patri: qui dignos nos fecit
in ꝑtē ſortis ſanctoruz i lumine. Qui eripuit
nos de poteſtate tenebraꝝ. et tranſtulit in re
gnum filij dilectionis ſue¶ in quo habem⁹ re Eph.1.b.
demptionē ⁊ remiſſionē pctōꝝ. Qui eſt ima
go dei inuiſibilis ꝑ̄mogenitus oīs creature:
qm̄ in ipſo cōdita ſunt vniuerſa in celis ⁊ in
terra viſibilia ⁊ inuiſibila. Siue throni ſiue C
dñatiōes. ſiue ꝑ̄ncipatus. ſiue ptātes. Oia
ꝑ ipſum et in ipſo creata ſunt. et ipſe eſt ante
omnes. ⁊ oīa in ipſo cōſtant. Et ipſe ē caput
corporis eccleſie: q̄ eſt ꝑ̄ncipium ꝑ̄mogenit⁹
ex mortuis. vt ſit in oibus ipſe ꝑ̄matū tenēs
Quia i ip̄o cōplacuit oēm plenitudinē diui-
nitatis ihabitare ⁊ ꝑ eū recōciliari oīa in ipſū
pacificans ꝑ ſanguinē crucis ei⁹. ſiue que in
terris ſiue que in celis ſunt. Et vos cum eſſe
tis aliquādo alienati et inimici ſenſu in ope/
ribus malis: nunc autē recōciliauit i corpo-
re carnis eius ꝑ mortem. exhibere vos ſan/ D
ctos ⁊ imaculatos ⁊ irreprehenſibiles coraz
ipſo ſi tamen ꝑmanetis in fide fundati ⁊ ſta/
biles et imobiles a ſpe euangelij qδ audiſtis
quod predicatū eſt i vniuerſa creatura que
ſub celo eſt. cuius factus ſum ego paul⁹ mi/
niſter: qui nunc gaudeo in paſſionibus pro

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vobis: ⁊ adimpleo ea que deſunt paſſionũ
chriſti in carne mea ꝓ corpore eius quod eſt
eccleſia. Cuius factus ſum ego miniſter ſm
diſpenſationẽ dei que data eſt mihi ĩ vobis
vt impleam verbum dei: myſteriũ qđ abſcõ
ditum fuit a ſeculis et generationibus. nunc
autẽ manifeſtatũ eſt ſanctis ei⁹ quib⁹ voluit
deus notas facere diuitias glie ſacramenti
huius in gentibus qđ eſt chriſtus in vobis
ſpes glorie quẽ nos annũciauimus corripiẽ
tes omnẽ hominẽ ⁊ docentes in omni ſapi-
entia vt vt exhibeam⁹ oẽm hominẽ ꝑfectũ ĩ
chriſto ieſu in quo ⁊ laboro certãdo ſm ope-
rationem eius quam operat̃ in me in v̾tute.

A Docet apoſto l⁹ pͤcauere de ceptiões per falſam phĩaꝫ plegis auto-ritatẽ: ꝑſcita tis ſimulatio nem.

Volo eñ vos ſcire qualem II
ſollicitudinẽ habeam ꝓ vobis et ꝓ
his qui ſunt laodicie: ⁊ quicũq; nõ
viderunt faciẽ meam in carne. vt cõſolentur
corda ipſorũ inſtructi in charitate. et in oẽs
diuitias plenitudinis intellectus in agnitio
ne myſterij dei patris ⁊ chriſti ieſu. in q̃ ſunt
omnes theſauri ſapiẽtie ⁊ ſcientie abſcõditi
B Hoc autẽ dico: vt nemo vos decipiat in ſub
limitate ſermonũ. Nam etſi corpore abſens
ſum. ſed ſpiritu vobiſcũ ſum gaudens et vi-
dens ordinem veſtrũ. et firmamentum eius
que in chriſto eſt fidei veſtre. Sicut ergo ac
cepiſtꝫ ieſum chriſtũ dominũ noſtrũ. in ipſo
ambulate: radicati et ſupedificati in ipſo. et
cõfirmati in fide ſicut ⁊ didiciſtis: abundan
tes in illo in gratiarũ actione. Videte ne q̃s
vos decipiat per philoſophiã ⁊ inanem fal-
laciaꝫ ſm traditionẽ hominũ: ſm elementa
mundi ⁊ non ſm chriſtum. Quia in ipſo in-
habitat omnis plenitudo diuinitatis corpo-
raliter: et eſtis ĩ illo repleti qui eſt caput oĩs
C p̃ncipatus et poteſtatis. In quo et circũciſi
eſtis circũciſione non manufacta in expolia
tione corporis carnis: ſed ĩ circũciſione xp̃i
cõſepulti ei in baptiſmo: in q̃ et reſurrexiſtis
per fidem operatiõis dei qui ſuſcitauit illum
a mortuis. Et vos cum mortui eſſetis in de-
lictis et preputio carnis veſtre cõuiuificauit
cuꝫ illo donans vobis omnia delicta: delẽs
qđ aduerſus nos erat cyrographuꝫ decreti
qđ erat cõtrariũ nobis. Et ipſuꝫ tulit de me
dio affigẽs illud cruci. ⁊ expolians p̃ncipa-
tus et poteſtates. traduxit confidenter palã
D triũphãs illos in ſeipſo. Nemo ergo vos iu
dicet in cibo aut in potu aut in parte diei fe-
ſti aut neomenie aut ſabbatorũ que ſunt vm
Mat. 24. a. Mar. 13. b. Luc. 21. b. 1. Cor. 3. b. Eph. 5. b.
bra futurorũ: corpus autem chriſti¶ Nemo
vos ſeducat volens in humilitate ⁊ religio-
ne angelorũ que nõ vidit ambulans fruſtra
inflatus ſenſu carnis ſue: ⁊ nõ tenens caput
ex quo totum corpus ꝑ nexus ⁊ cõiunctio-
nes ſũminiſtratum ⁊ cõſtructuꝫ creſcit ĩ au-
gmẽtum dei. Si ergo mortui eſtis cum chri
ſto ab elemẽtis huius mũdi. q̃d adhuc tãq;
viuentes mundo decernitis? Ne tetigeritis
neq; guſtaueritis. neq; cõtrectaueritis. que
ſunt omnia in interitu ipſo vſu ſm precepta
⁊ doctrinas hominũ: que ſunt rationeꝫ qui-
dem habentia ſapiẽtie in ſupſtitiones ⁊ hu-
militate ⁊ nõ ad parcẽdũ corpi nõ in honore
aliquo ad ſaturitatẽ carnis. III

A Informat a- pl's ð morib⁹ generali ĩ de poſitiõe vitio rũ ac aq̃ſitio-ne v̾tutum et ſpecialit̃ quã tũ ad cõiuga tos parẽtes et filios: atq; ſeruos.

i Igitur ſi cõſurrexiſtis cum chriſto q̃
ſurſum ſunt querite vbi chriſtus eſt
in dextera dei ſedens q̃ ſurſũ ſunt ſa-
pite: non q̃ ſuper terram. Mortui eñ eſtis
⁊ vita veſtra abſcõdita eſt cum chriſto ĩ deo
cũ autẽ chriſtus apparuerit vita veſtra: tunc
⁊ vos apparebitis cuꝫ ipſo in gloria. Mor-
tificate ergo mẽbra veſtra que ſunt ſup ter-
ram. fornicationẽ. imundiciã. libidinẽ. ꝯcu-
piſcentiam malã. ⁊ auariciã. que eſt ſimula-
B crorꝫ ſeruitus. ꝓpter que venit ira dei ſuper
filios ĩcredulitatꝫ ĩ q̃b⁹ ⁊ vos ambulaſtis ali
quãdo cũ viueretis in illis. ¶ Nunc autẽ de- Heb. 12. a.
ponite ⁊ vos omnia: iraꝫ. indignationẽ. ma 1. Pe. 2. a. Eph. 4. c.
liciam. blaſphemiã. turpem ſermonẽ de ore
veſtro. ¶ Nolite mentiri inuicẽ. expoliantes Rho. 6. a.
vos veterẽ hominẽ cũ actibus ſuis. ⁊ indu- Eph. 4. c.
entes nouũ eum q̃ renouatur in agnitionem
dei ſm imaginẽ eius q̃ creauit eum: vbi non
ẽ gentilis ⁊ iudeus. circũciſio ⁊ p̄putiũ. bar-
barus ⁊ ſcytha. ſeru⁹ ⁊ liber. ſ; omia ⁊ ĩ omni
bus chriſtus¶ Induite vos ergo ſicut electi Eph. 6. b.
dei ſancti et dilecti viſcera miſ̾icordie. beni-
gnitatẽ. humilitatẽ. modeſtiaꝫ. patientiam.
¶ ſupportantes inuicẽ ⁊ donantes vobiſmet- Eph. 4. d.
ipſis ſi quis aduerſus aliquem habet quere
lam: ſicut ⁊ dominus donauit vobis. ita et
C vos. Sup omnia autẽ hec charitatẽ habete
qđ eſt vinculũ ꝑfectionis: ⁊ pax chriſti exul
tet in cordibus veſtris: in qua ⁊ vocati eſtis
ĩ vno corpe. et grati eſtote. Verbum xp̃i ha
bitet in vobis abũdanter: in omni ſapientia
docẽtes ⁊ cõmonentes voſmetipſos ĩ pſal-
mis et hymnis ⁊ canticis ſpũalibus in gra-
tia cãtãtes in cordibus veſtris deo. Omne
qđcunq; facitis in verbo aut ope: omnia in
noĩe dñi noſtri ieſu xp̃i: facite gratias agen-
tes deo et patri ꝑ ipſum ¶ Mulieres ſubdi- Eph. 5. c.
te eſtote viris: ſicut oportet in domino. Vi- 1. Pe. 3. a.
D ri diligite vxores veſtras ⁊ nolite amari eſſe
ad illas¶ Filij obedite parẽtib⁹ vr̃is ꝑ omia Eph. 6. a.
hoc eñ placitum eſt in domino. Patres no
lite ad indignationẽ ꝓuocare filios veſtros
vt non puſillo animo fiant. ¶ Serui obedite Eph. 6. a.
per omnia dominis carnalibus: non ad ocu- 1. Pe. 2. c.
lum ſeruientes quaſi hominibus placentes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed in ſimplicitate cordis timentes dominū
Leuiti. 19. Quodcūq facitis ex animo operamini. ſicut
Rho. 2. b. dño et non hominib9 ſcientes q a dño accipi
Eph. 6. b. etis retributionem hereditatis. domino chri-
Actu. 10. c. ſto ſeruite. Qui enī iniuriam facit. recipiet id
Iac. 2. b. qđ inique geſſit ¶ Et nō eſt pſonarū acceptio
1. Pe. 1. c. apud deum. IIII

A — Dños inſtruit aplus. atq omīb9 colloſē-ſiū ſe recomēdat oñs quō ſe ad īfideles habere debeant. Et ponitur epīe concluſio et cōfirmatio p ſalutationem.

D Omini. quod iuſtū eſt et equū ſuis
pſtate: ſcientes quoniā et vos dñm
habetis in celo. Orationi inſtate, vi-
gilantes in ea in gratiarū actione: orantes ſi-
mul et p nobis: vt deus apiat nobis oſtium
ſermonis ad loquēdū myſteriū chriſti. ppt
quod etiā vinctus ſum. vt manifeſtem illō
ita, vt oportet me loqui. ¶ In ſapiētia ambu-
late ad eos qui foris ſunt: tēpus redimentes.
B — Sermo veſter ſemp in gratia ſale ſit cōdit9.
Eph. 5. c. vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq
reſpōdere. Que circa me ſunt: omnia vobis
nota faciet tychicus chariſſim9 frater et fide
lis miniſter et cōſeruus in domino: quem mi-
ſi ad vos ad hoc ipſum vt cognoſcat que cir-
ca vos ſūt. et cōſoletur corda veſtra cū one-
ſimo chariſſimo et fideli fratre qui ex vobis
eſt. qui omnia que hic aguntur nota faciēt vob
C — Salutat vos ariſtarchus cōcaptiuus meus
2. Thi. 4. c. ¶ et marcus cōſobrinus barnabe. de quo ac-
cepiſtis mādata. Si venerit ad vos ſuſcipi-
te illum. Et ieſus qui dicitur iuſtus. qui ſūt ex
circūciſiōe. Hi ſoli ſunt adiutores mei in re-
gno dei. qui mihi fuerunt ſolatio. Salutat
vos epaphras qui ex vobis eſt ſeru9 chriſti
ieſu. ſemp ſollicitus p vobis in orationibus
vt ſtetis pfecti et pleni in omni volūtate dei.
Teſtimoniū enī illi phibeo q habet multū
laborē p vobis et p his qui ſunt laodicie. et
D — qui hierapoli. Salutat vos lucas medicus
chariſſimus et demas. Salutate fratres qui
ſūt laodicie. et nymphā et que in domo eius
eſt eccleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos
epla hec. facite vt et in laodicenſiū eccleſia le
gatur: et ea que laodicenſiū eſt vobis legatur.
Et dicite archippo. Uide miniſterium qđ ac-
cepiſti in domino: vt illud impleas. Saluta
tio mea manu pauli. Memores eſtote vin-
culorum meorū. Gratia domini noſtri ieſu
xpi vobiſcum. Amen.

Explicit epla Pauli ad Coloſſenſes. Inci-
pit argumentum in epiſtolam ad Theſſalo-
nicenſes primam.

T Heſſalonicēſes ſunt macedones
qui accepto verbo veritatis pſti-
terunt in fide: etiam in pſecutiōe
ciuium ſuorum. Preterea nec re-
ceperunt falſos apoſtolos: nec ea que a fal-
ſis apoſtolis dicebantur. Hos collaudat apo-
ſtolus ſcribens eis ab athenis per tychicum
diaconem. et oneſimum acolytū.

Explicit argumētū. Incipit epla Pauli ad
Theſſalonicenſes pma. Caplm I

P Aulus et ſil
uanus et timotheus: eccleſie
theſſalonicenſium in deo pa
tre noſtro et domino ieſu chri
ſto. gratia vob et pax. Gra-
tias agimus deo ſemper p omnibus vobis
memoriam veſtri facientes in orationib9 no-
ſtris ſine intermiſſione: memores operis fi-
dei veſtre et laboris et charitatis et ſuſtinen-
tie ſpei domini noſtri ieſu chriſti: ante deum
et patrem noſtrum. Scientes fratres dilecti
a deo electionem veſtram: quia euangelium
noſtrum non fuit ad vos in ſermone tm: ſed
et in virtute et in ſpirituſancto. et in plenitu-
dine multa. ſicut ſcitis quales fuerimus i vo-
bis ppter vos. Et vos imitatores noſtri fa-
cti eſtis et domini. excipientes verbum i tri-
bulatione multa cum gaudio ſpirituſſancti
ita vt facti ſitis forma omnibus credentib9 i
macedonia et in achaia. A vobis enim dif-
famatus eſt ſermo domini: nō ſolum in ma-
cedonia et in achaia: ſed et i omni loco fides
veſtra que eſt ad deum pfecta eſt: ita vt non
ſit nobis neceſſe quicq loqui. Ipſi enim de
nobis annūciant qualem introitum habue-
rimus ad vos. et quomodo conuerſi eſtis ad
deum a ſimulachris ſeruire deo viuo et vero:
et expectare filium eius de celis quem ſuſcita-
uit ex mortuis ieſum. qui eripuit nos ab ira
ventura. II

A — Apl's agit grās de theſſalonicēſiū bōa inchoatiōe atq huius bonitatis diffuſione.

B

C

D

N Am et ipſi ſcitis fratres introitū no-
ſtrum ad vos. quia non inanis fuit.
ſed ante paſſi multa et cōtumelijs af-
fecti ſicut ſcitis in philippis fiduciam habui-
mus in deo noſtro loqui ad vos euangelium
dei in multa ſollicitudine. Exhortatio enim
noſtra nō de errore neq de imundicia neq
in dolo: ſz ſicut pbati ſumus a deo vt crede-
retur nobis euangeliū ita loquimur nō qua
ſi hominib9 placentes: ſed deo qui pbat cor
da noſtra. Neq enī aliqn fuimus i ſmone
adulationis ſicut ſcitis. neq in occaſiōe aua
ricie. deus teſtis eſt: nec querētes ab hoibus
gloriam neq a vobis: neq ab alijs cū poſ-
ſemus vobis oneri eſſe vt chriſti apli. Sed
facti ſumus paruuli in medio veſtrum tanq
ſi nutrix foueat filios ſuos. ita deſiderātes
vos cupide. volebamus tradere vobis: nō
ſolum euāgelium dei. ſed etiam animas nras

A — Cōſolatur apoſtol9 theſſalonicēſes in aduerſis p cōformitatem ad ipſum atq ad eccleſiā hyeroſolimitanā.

B

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf